TUBERCULOSIS VENTRICULI
CASUS DUO.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

AD

SUMMOS IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE ADIPISCENDOS

UNA CUM THESIBUS

PUBLICE DEFENDET

DIE VIII. M. AUGUSTI A. MDCCCLXIII.

HORA XI.

AUCTOR

THEODORUS JACOBUS LIEVEN

RHENANUS.

OPPONENTIBUS:

F. FRAENKEL, CAND. MED.
P. HASE, CAND. MED.

HALIS SAXONUM.

FORMIS PLOETZIANIS.

VITRICO OPTIMO

HASCE STUDIORUM PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

OFFERT

PRIVIGNUS.

HISCE SUM LIBRIS USUS.

Alois Bednar, Krankheiten der Neugebornen und und Säuglinge. Wien 1850.

Carl Rokitansky, Lehrbuch der pathologischen Ana tomie. Dritte Auflage. Wien 1861.

Förster, pathologische Anatomie. Zweite Auflage. Jena 1862.

Bouchut, Handbuch der Kinderkrankheiten. Bearbeitet und herausgegeben von Bischoff. Würzburg 1862.

Rilliet et Barthez. Clinique et practique des maladies des enfants.

Colin. De la tuberculation aiguë, observations et remarques relatives á la variété de ses formes, a la

fréquence, aux difficultés de Diagnostic. Recueil de mémoires de med. de chir et de Pharm. militaires. No. 15. Mars 1861.

Oppolzer, allgemeine Wiener medicinische Zeitschrift 1859.

PRAEFATIO.

Quia mos nobis est, priusquam summos honores adipiseamur, ut scriptum aliquod edamus saepe cogitanti mihi visum est, morbum aliquem minus notum tractare.

Nam morbi frequentiores ita a veris doctissimis et illustrissimis tractati sunt, ut nulla pars praetermissa nec novum quoddam afferi posse videatur.

Quamquam tuberculosis et pulmonum et tractus intestinalis saepissime invenitur, ventriculi contra tuberculosis rarissima est.

Itaque non possum quin habeam gratias ill. Prof. Foerster Herbipolitano, cuius cura

atque opera maxima usus alterum casum adire potui, ob alterum ill. Prof. Theodor Weber maximas gratias ago, cuius studio factum est, ut illius casus maiorem prudentiam nactus sim.

Tuberculosis ventriculi casus duo.

Casus I.

Adolphine Braun, octo mensis nata, non legitimo coniugio orta primo die mensis Septembri 1862 curanda suscepta est. Mater aegrotae optima valetudine fruitur, de patre nihil certe experti sumus. Dicit mater eam tres menses aegrotam fuisse. Quo aegritudinis tempore magno calore laboravit multaque lacrymavit et saepe tussi affecta est. Lacte matris usa non est, sed semper iusculis butyro conditis nutrita est. Quo factum est, ut catarrhus ventriculi et tractus intestinalis valde floreret et saepe aegrota emeret, quam ob rem illa macerrima reddita est.

Status praesens.

Aegrota grandi macie torrida est; caput bene

formatum, fonticuli clusi non sunt. Os distorsum est; pectus bene formatum. Percutendo valetudinem minus commodam reperire non possumus sed auscultando bronchiales crepitus audivimus. Abdomon maxime inflatum atque quoties tangitur haud parvo dolore afficitur aegrota. Quia mors futura erat aliquantulum vini datum est. Post diem tertium diem supremum obiit.

Sectio postridie duodecim horis intermissis facta est, qua haec reperta sunt:

Cranium admodum iam ossificatum erat. Tunica cerebri, quae dicitur pia mater, sanguine plenior erat, et in cerebri basi, ubi sita est arteria fossae Sylvii, parvis canis tuberculis conserta, quae magnitudinem capitis acus, qua ad fingedum utimur, habebant. Cerebri substantia est mollissima, sanguine carens, et, quod nos dicimus, ordematös. Ventriculi cerebri laterales haud multum extenti, quorum latera laevia sunt, in quibus serum auctum est. In sinistra hemisphaera supra ventriculum lateralem tuberculus magnitudine ciceris, qui media in parte flavae mutationis est invenitur.

Membrana pituitaria oesophagi est pallida, exsanguis, illa laryngis, tracheae, bronchiorum eodem

modo affecta est. In bronchiis minoribus est purulenta pituita atque anteriores superficies invenimus emdhysema vesiculare. In utraque pulmone insunt ab acumine usque ad basin frequentiores tuberculi, qui magnitudinem capitis acus, qua ad fingendum utimur, partim ciceris habent. Substantia pulmonum est arida exsanguisque. Glandulae bronchiales ita inflatae suns, ut magnitudinem ovi columbae habeant; in quibus cani tuberculi magnitudine grani milii vel ciceris insunt. Cor mutatum non est. Hepar maius non apparet. Obtinent id tuberculi cani dissipati magnitudine grani milii et substantiam et superficiem In vesica fellea reperitur fel clarum et fluidum. Splen per multum maior redditus est atque in superficie et in substantia crebris tuberculis canis magnitudine grani milii vel ciceris obductus. Cuius substantia firma et exsanguis est. In superficie passim fibrinum adhaeret. Renes bene formati. Uterque exsanguis atque insunt tuberculi cani dissipati magnitudine capitis acus, qua ad fingendum utimur. In colone ascendente et transverso complura parva ulcera tuberculosa, quae membranam pituitam corruperunt, inveniuntur. In ilio sunt similia ulcera dissipata magnitudine ciceris, quorum margines altiorem

limbum habent et inflati sanguine sunt. Quorum in plurimis, ubi sita sunt, exteriore intestini superficie membrana serosa canis tuberculis magnitudine grani milii conserta est. Similia ulcera tuberculosa continuuntur usque ad ieiunum, duodenum, ventriculum. In ventriculo admodum inflato, qui magnem partem reliquiarum cibi continet reperiuntur decem ulcera tuberculosa magnituine grani milii, quae altiores limbos habent. Quorum tria fere in media curvatura magna posita sunt, duo in ipsa parte pylorica ad parvam curvaluram, quattuor in media curvatura parva, unum in parte cardiaca ventriculi. Glandulae meseraicae magnitudine nucis avellanae sunt. In mesocolo, mesenterio, omento maiore multi inveniuntur tuberculi magnitudine lentis vel ciceris.

Casus 2.

Femina Strasberger, aliquantulum potatrix, triginta novem annos nata die XII menis Decembri 1857 Lipsiae curanda recepta est. Ab anno quarto decimo chorea affecta est' in utroque latere motus non voluntarii exstiterunt; caput in utramque partem torquetur, aegrota ridiculos gestus faciebat atque saepe liugua minus commodiore utebatur. Semper macera

erat, posteriore autem tempore multo plus emacescebat atque languescebat. Ab semestrio proximo dicit, se multo calore et sudore affectam fuisse, praecipue noctu ad tempus matutinum. Ex fere duodecim hebdomatis interdum continua diarrhoea et vomitu, qui ultimo tempore cessavit, affecta est. Cibi appetentia semper non mala erat. Faeces dicit flavas interdum subfuscas atque fluidas fuisse. Vomebat nihil nisi cibos captos. Ex tribus diebus valetudo aegrotae peior facta est. Sudores cessaverunt, contra calor mordax et acerrima sitis exstitit. Aegrota multum delirat, cum diversis hominibus loquitur, haud raro territatur; resupino capite non utitur, et faeces et urinas continere non potest.

Status praesens die XII mens. Decembr. 1857.

Aegrota admodum macera neque mente sana utitur. Alae nasi in respirando moventur. Lingua muco obducta atque sicca est. Collum macerum est et musculi sternocleidomastoidei eminentes. Respir. 40. Puls. 120. temperatura corporis altissima. Pectus macerrimum, fossae supraclaviculares et fossae infraclaviculares profundiores praesertim sinistro latere magis quam dextro. In anteriore pectoris parte superne percutendo brevissimus et vacuus sonitus au-

ditur, sed clari fremitus bronchiales maximi; in tussiendo in sinistro latere maior crepitus supremis pulmonibus quam dextro. In posteriore parte sinistri lateris superne in tussiendo audivimus, quod nos dicimus „amphorische und cavernöse Geräusche.“ Quoties abdomen premitur dolore non afficitur sed aliquantum profundius est. Aegrota in inquirendo saepe ineptas voces edit, sed motus choreae non magni sunt. Quum autem debilitas augeretur aegrota mortua est.

Sectio decem horis post mortem intermissis facta est.

Corpus macerrimum; tetanus musculorum minimus. Cranium patefieri non licebat. Uterque pulmo magna ex parte crescendo coalescebat, praecipue in partibus superioribus. Acumen dextri pulmonis paene vacuum aeris atque flavis et caseatis massis pervasum pars inferior passim dissipatas, flavas, cascatas massas nobis praebet. Pulmo sinister: In acumine caverna est maior quam ovum gallinae in reliquis pulmonis partibus dissipatae maxima ex parte cascatae massae reperiuntur, quae partim priore tempore, partim posteriore exortae sunt. Glandulae bronchiales admodum tumidae atque caseate corruptae.

Membrana pituita bronchialis admodum inflata atque purulento secreto passim obducta. Cor adipossimum, ventriculus sinister aliquantulum hypertrophicus. Hepar non maius, sed exsangue, adipose corruptum est. Splen bene formatus. Omentum adhuc adiposum, eodem modo abdominis latera, si ea cum universa macie comparamus. Renum superficies, capsula dempta, multas arboreas injectiones et nonnullas parvas sanguinis emissiones praebet. Ventriculus rectam magnitudinem habet. Membrana pituita rugosa et geutinosa pituita obducta, symptomata catarrhi chronici praebet. A pyloro non longe absunt tria rotunda ulcera, quae magnitudinem grossi argentei habent, limbis altioribus praedita, quae usque ad membranam muscularem pertinent, quorum basis cana atque laevis; praeterea decem alia parva ulcera reperimus, quae varias transgressiones habent, ad pylorum paene omnia sita. Ulcera praebent varios ulcerum transitus, flavorum, inflatorum folliculorum et ejectorum folliculorum, atque flava atque caseata basi praeditorum. Postremo magnitudinem rotundorum ulcerum nanciscuntur, quae ciceris instar sunt. Glandulae ventriculares caseate corruptae. Per totum tractum intestinalem multa magna, quae saepe ad tunicam serosam pertinent,

ulcera tuberculosa. Nonnulla eorum maxima sunt in duodeno, pauca tantum recto. Glandulae meseraicae admodum amplificatae et caseate corruptae.

Quam raro tuberculosis ventriculi sit, cognitio ac ratio litterarum nobis demonstrant. Rilliet et Barthez centum unum et quadraginta infantum viginti et unum tuberculosi ventriculi affectos reperiebant, qui simul tuberculosi tractus intestinalis laborabant. Jis auctoribus ulcera ad magnam curvaturam esse solent, et saepe magnitudinem ea habere, quod nos dicimus „Fünffrankenstück", saepe quoque in curvatura parva, rarissime in fuudo ventriculi illa inveniri. Bednâr quattuordecim tuberculosis casuum semel tuberculosim ventriculi inveniebat, quae duobus ulceribus tuberculosis magnitudine lentis apparebat, praeterea tuberculosis ilii et glandularum meseraicarum erat.

Rokitansky de ventriculi tuberculosi haec verba facit:

„Der Tuberkel und das tuberkulöse Geschwür des Magens ist eine seltene Erscheinung, zumal ist die primitive Tuberculöse des Magens überaus selten. Gemeinhin ist sie die Theilerscheinung einer ausgebreiteten tnberkulösen Darmphthise, indem sich

die Tuberkelgeschwüre vom Jleum über das Jeiunum und Duodenum in den Magen fortsetzen. Hier beschränken sie sich meist auf den Pylorusmagen."

Foerster fere eandem sententiam secutus edit haec:

„Tuberkel im Magen gehören zu deu grössten Seltenheiten und finden sich nur bei sehr ausgedehnter, auch auf Jeiunum und Duodenum verbreiteter Darmtuberkulose; dieselben sitzen meist in der Pylorushälfte, selten in der Cardialhälfte und bewirken durch ihren Zufall Ulcera, welche denen des Darmkanals völlig gleich sind. Die primitiven Geschwüre sind klein, trichterförmig mit starkgewulsteten, faltigen Rändern; die grössern Geschwüre sind 1 Zoll und darüber lang, 1/2 Zoll breit, ihre Basis ist ungleichzottig, die Ränder sind stark gewulstet und unregelmässig ausgeschnitten. Die benachbarten Lymphdrüsen sind zuweilen vergrössert und tuberkulös entartet."

Quo planius exponamus, quam rara sit ventriculi tuberculosis, quo frequentior tuberculosis, contra reliquorum organorum, nobis hanc liceat tabellam proferre:

Von 100 Fällen von Tuberkulose fanden tuberkulöse Ablagerungen in

		den Lungen.	den Bronchialdrüsen.	den Mesenterialdrüsen.	den dünnen Gedärmen	der Milz.	der Pleura.	dem Bauchfell.	der Leber.	den dicken Gedärmen.	den Gehirn-Häuten.	den Nieren.	dem Gehirn.	dem Magen.	dem Herzen und Pericardium.
Rilliet und Barthez.	bei Kindern von 1—15 Jahren	84	79	46	42	40	34	27	22	19	16	15	11	6	3
Louis	bei Erwachsenen	100	28	33	33	13	2	0	0	10	0	2	0,8	0	0
Lombard.	von 20 Jahren an	100	9	19	0	6	1	0	1	0	2	1	2	0	0

Quum demonstratum sit, tuberculosim ventriculi rarissimam esse, quaerendum videtur, quae causa sit, quum tuberculosis aliorum organorum creberrima sit, ut tuberculosis ventriculi, paucis casibus exceptis, non inveniatur. Quam ob causam liceat, ut, quam sententiam de ventriculi tuberculosi habemus, exponamus. Quae proximo tempore explorata sunt, demonstrant, veram tuberculosim communem morbum naturae esse, qui aegris vasis Lymphaticis exsistit. Quae quum ita sint, quaerendum videtur, vasane Lymphatica sint alia tractus intestinalis alia ventriculi. Eodem modo perscrutanda videtur chemica ventriculi natura, quae alia ob hunc morbum videtur ac tractus intestinalis; nam exceptis nonnullis casibus tuberculosis ventriculi inveniri non potest, tuberculosis contra tractus intestinalis haud raro reperitur. Ordo vasorum lymphaticorum idem est ventriculi ac tractus intestinalis. Quam ob rem dubitandum non est, differentiam esse quandam secretorum, quibus fit, ut tuberculi non eodem modo in utraque parte existant. Non negligendum videtur hoc loco, quod nos dicimus „Pepsin", quo fit, ut hae partes inter se adeo differant. At magis probari illud potest, quod auctores omnes demonstrant, initio pylorum tu-

berculosi semper obductum esse, rarissime contra factum esse, ut e cardia progressa sit. Nemo autem ignorat, in pyloro nihil nisi glandulas pituitas esse, quae secreta pituita cum secreto glandularum digestivarum miscent. Ex quo intelligi potest, quum secretum glandularum digestivarum minus fiat, ut necesse sit, ut eadem e causa pituita secreta frequentiora fiant, ubi situs est pylorus, quo facilius hic locus tuberculis obducatur; nemo enim ignorat in glandulis pituitis tuberculosim existere semper solere. Quum autem glandulae digestivae minus altae sint, intelligi potest, secretum peius reddi; quam ob causam est secundum naturam, quum sit coniunctum cum glandularum pituitarum secreto, tale non esse, quod prohibeat, quo minus tuberculi obducantur. Tantus autem est morbus, ut nemo arbitretur, hominem, qui omni cibo careat, nutriri posse. Quum vero totum corpus male nutritum sit, dubitari non potest, quin glandulae digestivae bene certe ali non possint, qua re fit, ut etiam ea, quae hoc loco secernuntur, peiora reddantur, et quod sano corpore existere non potest, ut ventriculi pars facillime tuberculis obduci possit. At quum alia sit eorum, quae secernuntur natura chemica, tuberculos gigni non posse,

ex eo intelligi potest, quod in duodeno multo rarius tuberculi exsistunt, quam in reliquo tractu intestinali Cuius rei causam hanc esse existimo, quod ea, qua in pancreate, quo loco sunt rarissimi tuberculi, secernuntur, in duodenum prodeunt. Jam quum ventriculi tuberculosis, clarissimis est illustrissimis auctoribus pars tantum sit tuberculosis, quae totum corpus obtinet, ad causas huius tuberculosis veniamus. Cuius tuberculosis haec sententia est, tanquam heriditatem illam accipi posse, dicitque Guillot, se exploratum habere, tuberculos eo priore vitae tempore existere, quo maius spatium temporis sit, ex quo ille morbus per hominum genera propagavit; pueros hunc morbum saepius a patre, puellas contra ab utroque parente accipere posse, qua re factum esse, ut numerus puellarum, quae tuberculosi affectae sunt, duplex sit, puerorum contra simplex. Opponenda est huic sententia alia sententia, quae, quamquam illam falsam non declarat, tamen alio modo hoc factum exponi vult. Tuberculos autem maxime ex ea re oriri demonstrat, quum organismus debilitatus sit, qua re efficitur, substantiam corporis bene nutritam esse non posse. Natura autem male alta commodissima est, ut tuberculi existant organorum. Cognitum vero est,

parentes, qui tuberculosi affecti sunt, infantes debiles gignere posse, qui quidem infantes tuberculosi affecti non gignuntur; at si debilitas, quam a parentibus acceperunt, removeri non potest, opus est, ut illi ob hanc debilitatem tuberculosi fiant. Eandem sequuntur sententiam, qui dicunt, infantes male nutritos atque mala fortuna usos et ob eam causam debilitatos tuberculosi quoque affici posse, quamvis ad tuberculosim non inclinentur. Eodem modo existunt etiam alii morbi, qui debilitatem gignunt, ut catarrhus chronicus ventriculi, strictura oesophagi, diabetes mellitus, chlorosis, Syphilis. Atque qui syphilite secundaria affectus est, quique fortuna male tractatur, magis tuberculosi corripi potest, quam qui optimis necessitudinibus utitur Huic tuberculosi vero illa tuberculosis opposita est, quam nos dicimus, „infiltrirt", quarum quidem est haec magna differentia. Quum vera tuberculosis sit nova formatio nucleorum et cellularum, quae e tunica adventitia vasorum proficiscitur, inter quae substantiam hyalinam et obscure fibratam invenimus, quae nobis quaestionibus microscopicis institutis laqueatae panniculae adhaesiones morphologicae apparent, tuberculosis, quam nos dicimus „infiltrirt efficitur suppuratione, buae ex eo,

quod nos dicimus „Bindegewebe“ proficiscitur. Quae quidem est caseata nominaturque tuberculisatio eorum quae ulceribus et texturis prodiuntur, quae nota est nomine, quod nos dicimus „körnigen Zerfall.“ Quae et haec et illa tuberculosis efficit in organis affectis eadem sunt, veri quoque tuberculi ita reddi possunt, ut, quod nos dicimus „tuberkulisiren.“ Quum loca quaedam corrupta sint tuberculosi, quam nos dicimus, infiltrirt, organismi nutritio quoque irritatur, qua re existit debilitas, quam supra vidimus, maximam esse causam ut vera tuberculosis gignatur. Quam ob rem quaerat fortasse quispiam, hacne debilitate, quae ex tuberculosi illa ixstitit, tuberculosis vera gigni possit, quae corpus afficiat. At certe hoc nemo infitiari potest, ex tuberculosi, quae priore tempore locis quibusdam sita est, eodem modo caseata pneumonia etiam in aliis organis, si corpus minus altum est, gigni posse alcera tuberculosa.

Symptomatologia et Diagnosis.

Quae ad symptomata pertinent, quae tuberculis eorumque mutationibus efficiuntur, constat, quae sequuntur haec non alia esse atque ea, quae aliis neo-

plasmatis efficiuntur. Quodque periodum neoplasmatum attinet qua re texturae corrumpuntur, eadem est ac ulcerationis lentioris atque, quae in his nobis propria apparent, etiam in hoc casu inveniuntur. Ventriculi tuberculi primo stadio si intuemur alios casus, symptomata nulla efficiunt, certe non specifica; secundo stadio, quod corruptionis est illa tantum symptomata spectanda erunt, quae congestione eorum locorum, quae propinqua sunt, oriuntur. Quum autem, quae iuxta ulcera tuberculosa nascuntur non magna sint, quum autem sit creberrimus catarrhus ventriculi eorum hominum, qui tuberculosi pulmonum affecti sunt, quum dolores ventriculi et haemorrhagiae (venöse Hyperämien) hominum tuberculosorum, quamquam tuberculosa ventriculi ulcera non ad sunt, inveniantur, nemo est, quin intelligat, nihil esse, quo hominum, pulmonum tuberculosi affectorum, ventriculi ulcera cognoscamus. Sed etiam tuberculosum ulcus primarium ventriculi hominis vivi secerni ab ulcere catarrhali non potest; nam et sanguinis defectus, maceries, febriculosa irritabilitas, crebra agitatio circulationis (palpitatio cordis) efficere non possunt, ut natura tuberculosa ulceris sit, quae quidem res etiam aliorum ventriculi ulcerum inveniri pos-

sunt. Sed hoc unum praetermittendum hoc loco non videtur. Verisimile est, ut ventriculi tuberculi eodem modo existant, quo tuberculi alveolarum pulmonum, qui ixta vasorum capillarium cursum siti sunt. Quare accidit, ut ab primo tempore systema vasorum capillarium directius corrumpatur quam ulcerum catarrhalium affectione fit; ex quo sequitur ad proportionem multo prius haemorrhagiam orturam eorum hominum, qui tuberculosi affecti sunt, quam illorum, qui hoc morbo occupati non sunt. Si Rilliet et Barthez, Bednar sequimur, corruptio tuberculosa glandularum ventriculi lymphaticarum observanda est. Quae quidem sententia non plane contemnenda est, sed mngis ea uti possumus, si mortui corpus secando aperitur, in vivo contra homine rarissime tantum huius sententiae usum habere possumus; praeterea commemorandum est, glandulas ventriculi lymphaticas tuberculosi maxime corruptas esse posse, tuberculosi ventriculi nulla extante. Planius haec, quae a Colin observata sunt, demonstrant, in secando milite sclopetario levis armaturae viginti duo annos nato, qui ob acutam tuberculosim miliariam et ob tuberculosin glandularum bronchiarum mortuus erat, nodosum firmum tumorem invenit, qui magnitudine

capitis infantis, qui ventriculum aliquantulum extulerat, quique tuberculosis glandulis meseraicis magnitudine ovi columbae constitutus erat. Nihilo secius membranam pituitam tractus intestinalis sanem invenit. Splen duplice magnitudine erat. Hoc igitur loco extant tuberculosae maximae glandulae lymphaticae, quae per latera abdominis sentire possunt, quum sit totum corpus tuberculosi affectum, tamen ventriculi tuberculosum ulcus omnino nullum invenitur, sed ipse tractus intestinalis morbo corruptus minime est. Quae qum ita sint, dubitari non potest quin hae glandulae, si maiores redditae sunt, in cognoscendo ventriculi ulcere paene nullum, certe parvum usum habeant

Prognosis.

Quod autem ad obductionem propriam tuberculorum per ventriculum factam eiusque exitum, hic primo tempore tuberculorum singulorum detritu efficitur, ex quo ulcus oritur; quod quidem ulcus, quum tota organismi valetudo impedita sit, una ex parte gignitur, altera parte incommodis, quae loco continentur, sustinetur. Ex quo intelligi potest, ulcus

tuberculosum non eodem modo ac rotundum ulcus ventriculi commune ad sanationem inclinare non posse, sed tantum ad destruendum propensum esse. Quomodo corruptio ventriculi ulcerosa progreditur Rokitansky explicat:

„Zuweilen kommt auch eine ulceröse Zerstörung der Magenwand von zerfallenden tuberkulösen Lympfdrüsen vor; die Schleimhaut wird hierbei gemeinhin von verzweigten Jaucheheerden in den submukösen Stratis perforirt."

Secundum Beneke: „Zuweilen kommt Perforation des Magens durch zerfallende tuberkulöse Lympfdrüsen oder durch tuberculöse Entartung der Serosa vor."

Alium exitum Bignon expertus est, quo tuberculosum ventriculi ulcus, vas quoddam erodiebat, ex quo haemorrhagia letalis extitit. Tuberculosis autem, si totum corpus pervagavit, non solum ulcera tuberculosa gignit ventriculi, sed secundum Oppolzer frequentior est gastro-malacia, cuius symptomata, si eundem sequimur auctorem haec sunt: „die entzündliche Magenerweichung gibt sich kund durch Auftreibung des Magens, Erbrechen nach jeder Mahlzeit, Trockenheit der Zunge, durch grossen Durst und sofortiges Erbrechen der getrunkenen Flüssigkeit."

Tuberculosis, quoties totum corpus pervasit, efficit, ut debilitas, ex qua orta est, augeatur. qua debilitate aegroti postremo exstinguuntur. Cuius debilitatis, quanta sit vis organorum optimorum non opus est ut dicam: homini enim cuique est nota.

Therapia.

Quum supra demonstratum sit. tuberculosim. ventriculi dartem tantum esse tuberculosis totius corporis, cuius supra demonstratum est. causam debilitatem esse. Quare nemo est, quin intelligat, debilitatem, ex qua tuberculosis gignitur. praecipue removendam esse. Sublata autem causa effectus quoque finientur, certe tanta ex parte. ut morbus tantum nonnullis locis existat. Debilitas autem hominis tantum finitur, si organa eius. quibus alimenta accipit. meliora redduntur atque integra fiunt. Hic primum locum obtinent concoctio et respiratio. Opus est igitur maxime. ut tuberculosis quam celerrime auram mollem et plenam oxygenii habeat. ut mutatio oxygenii in pulmonibus recta fieri et sanguis oxygenio affici possit. Praecipue providendum est. quo minus aegrotus pulverem spirando attrahat, quod si

factum est, pulmonum loca irritantur, atque irritationes, quae diversis locis existunt, augentur. Quo facto maxime concoctio spectanda est. Quae si debilitata adhuc non est, tantum bona alimenta, ut lac, ova, caro, danda sunt, nec ulla medicamenta. Talibus alimentis saepissime effici potest, ut tuberculosis incipiens sanctur. Si quoque symptomata catarrhi ventriculi extant, cum hisce alimentis exeitantia et tonica medicamenta coniungenda sunt. Commodissimun saepe huic morbo fit medela ope lactis diutius continuata. Quum in controversia ponendum non sit, catarrhum ventriculi tuberculosim, quae totum corpus afficit, sequi, qua ex re aliud ventriculi secretum redditur, quam ob rem existimandum est, glandulas alio modo nutriri ac priore tempore, nihil verisimilius videtur, quam ut catarrhi ventriculi initio tuberculosis quod nos dicimus „Pepsin" artificio factum dandum sit. Qua re concoctio melior redderetur atque ob meliorem aegroti concoctionem vires augerentur. Simul hoc facto glandulae digestivae melius nutrirentur, atque fieret, ut initio certe illae suis rebus fungerentur.

Quod oleum iecoris aselli maxime laudatum attinet in tuberculosi sententia mea est, illud alere tan-

tum, qua re nutritio fit melior. Quam ob rem tantum usum eius habemus, ubi concoctio conservata est. Si concoctio mala est contrarium eo afficitur. Quod hoc oleo iecoris aselli efficitur, non est existimandum, quod iodi aliquantulum insit, nasci, hac re demonstratur, quod puro iodo fruitus, non iisdem effectibus utitur. Quod quidem novum videri non potest. Nam si tuberculosim morbum sanguinis, qui totum corpus corrumpat, censemus intelligitur, necesse esse, ut sanguis peior reddatur, si quae nascuntur ob eam causam secernuntur atque deinde recipiuntur. Quae ad medicamenta pertinent, qui in tuberculosim commendantur non possumus ea planius explicare. Aut nutritionem meliorem faciunt, ut supra dictum est, aut nihil efficiunt, atque quae pars tuberculosis videtur iis sanatur, morbum ipsum non tollunt.

VITA.

Natus sum Theodorus Jacobus Lieven, die XXIII mense Mart. A domini MDCCCXL in viculo Bylerward a parentibus Nicola Lieven et Maria Aleida e gente van Bebber. Pater post undecim annos diem supremum obiit, quod maximum dolorem mihi attulit. Fidem confiteor catholicam.

Nactus testimonium maturitatis in Gymnasio Recklinghausen, mense Octobri XXV 1859 almam Bonnensem Guilhelmam Fridericianum Rhenanam petii, et in numerum academicorum civium a rectore magnifico Ill. Knoodt receptus, medicorum ordinem professus

sum. Hic per annum me docuerunt. „Logicen Ill. van Calker, physicam experimentalem Ill. Plücker; anatomiam tum theoreticam tum practicam Ill. Schultze; botauicen Ill. Schacht; mineralogiam Ill. Noeggerath; chemiam Ill. Bischoff; zoologiam Ill. Troschel; encyclopaediam et methodologiam Ill. Schaafhausen.

Tum studio per quinque semestres Herbipoli persecutus sum, ubi mihi praeceptores fuerunt: „de pharmacologia Doctiss. Schwarzenbach; de chirurgia theoretica Doctiss. Dehler; de arte cadaverum rite dissecandorum Ill. Koelliker; de auscultatione et percussione Doctiss. Gerhardt; de pathologia et therapia Ill. Bamberger; de akiurgia Doctiss. Dehler; de arte obstetricia tum theoretica tum practica Doctiss. von Franque; de physiologia Ill. Koelliker; de psychologia Ill. Narr; de chemia organica Doctiss. Schwarzenbach; de microscopia Ill. Koelliker; de operationibus chirurgicis Ill. Linhard; de histologia pathologico Ill. Foerster.

Scholis praeterea clinicis interfui: obstetriciis Ill. von Scanzoni medicis Ill. Bamberger; chirurgico-opthalmiatricis Ill. Linhart.

Deinde Halas me contuli, ubi a rectore magnifico Volkmann in numerum academicorum civium receptus sum.

Hic interfui scholis clinicis: chirurgico-ophthalmiatricis apud Ill. Blasius, medicis apud Ill. Weber, obstetriciis apud Ill. Olshausen.

Praeterea audici de operationibus chirurgicis Ill. Volkmann.

Quibus omnibus viris optime de me meritis maximas habeo semperque habebo gratias.

Jam vero tentaminibus tam physico quam medico nec non examine rigoroso rite superatis, spero fore, ut hac dissertatione thesibusque publice defensis summi in medicina et chirurgia honores in me conferantur.

THESES.

I.

Ferum est remedium specificum Chlorosi.

II.

Dolores in partu spasmodici non existunt.

III.

Bilis in sanguine praeformatur.

IV.

Mercurius sanat, quod Venus corrupit.

V.

Amputationi femoris enucleatio genu praeferenda est.